

## PARTIS

## .I.

## TRACTATVS

## .II.

bri tribuentes honorem: & sicut cohæredes multiplicis gratiæ: vt nō impediant orationes vřa.  
 Ecce eodem sensu quia eodem & spū impediri dicit orationes officio coniugali. Q. aut ait simi-  
 liter: iccirco ad imitationē puocauit viros: quia sup̄ vxoribus præceperat dicens: Vt videant vi-  
 ri in timore castam vestrā conuersationē: quare sit non exterius compositio crinū: & distinctio  
 aurī: & in cultu vestis ornatus: sed absconditus cordis homo in corruptione mitis & silētis spūs:  
 hoc est coram deo placens. Cernis quale cōiugium inter viros vxoresq; præcipiat. Cohabitan-  
 tes iuxta scientiam: vt nouerint quid velint: quid desideret deus: & tribuant honorē vasculo mu-  
 liebri: si abstinemus nos a coitu: honorem tribuimus vxoribus: si non abstinemus: p̄spicuum est  
 honori cōtrariā esse contumeliā: Ad vxores quoq; vt videant inquit viri castam conuersationē  
 vestram & ornati in abscondito cordis homine in incorruptione mitis & silētis spūs. O vere di-  
 gna vox apostoli & petra christi: Maritis vxoribusq; dat legem: damnato carnis ornatu castita-  
 tem prædicat: & ornatum interioris hominis in incorruptione: mitis & silētis spiritus: quodāmo-  
 do hoc dicēs: Quoniam exterior vester homo corruptus est: & beatitudinē incorruptionis quæ  
 p̄prium virginum est habere desistis: imitami in incorruptionē spūs saltem p̄ seram penitentiā  
 & quod corpore non potestis mente præstare. Has enim christus diuitias: & hos vestræ conium-  
 cūis quarit ornatus. Verū ne q̄s putet ex eo qđ sequit̄: vt vacetis orationi: & iterū reuertit eos  
 ad idipsum apostolū velle: & non p̄pter maiorem ruinam hoc concedere: statim infert: ne tētet  
 vos Sathanas p̄pter incontinentiā vestram. Pulchra nimirum indulgentia: & iterum qđ ad idip-  
 sum reuerti concedit quod erubescit suo vocare nomine: qđ tentationi præfert Sathanæ: qđ cau-  
 sam habet in se continentia: laboramus quasi obscurum disserere: cum exposuerit se ipse qui scri-  
 psit. Hoc autē inquit dico iuxta indulgentiam: nō iuxta imperium: & multamus adhuc nupti-  
 as non vocare indulgentiam: sed præceptum: quasi non eodem modo & secunda & tertia ma-  
 trimonia concedant: quasi non & fornicatoribus per penitentia fores aperiant ecclesia. Qđ q;  
 his maius incestis: nam illum violatorem nouerā: quem in prima ad corinthios epistola tradi-  
 derat Sathanæ in interitum carnis: vt spūs saluus fieret: in secunda contrahit: & ne abundantio-  
 ri tristitia absorbeat frater laborat. Aliud est velle quid apostolū: aliud est ignoscere. In volunta-  
 te promeremur: in venia abutimur. Vis scire quid velit apostolus: iuge quod sequit̄. Volo autē  
 omnes homines esse vt meipsum. Beatus qui Pauli similis erit. Felix qui audit apostolum præ-  
 cipientem: non ignoscentem. Hoc inquit volo: hoc desidero: vt imitatores mei sitis: sicut & ego  
 christi. Ille virgo de virgine: de incorrupta incorruptus. Nos quia homines sumus: & natiuita-  
 tem saluatoris non possumus imitari: imitemur saltem conuersationē: Illud diuinitatis est & be-  
 atitudinis: hoc humanæ conditionis est & laboris. Volo omnes homines similes mei esse: vt dū  
 mei similes sunt: similes fiant & christi: cuius ego similis sum. Qui enim in christum credit: des-  
 bet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Sed vnusquisq; proprium donum habet ex deo: alius  
 quidem sic: alius autē sic. Quid inquit velim p̄spicū est. Sed quoniam in ecclesia diuersa  
 sunt dona: concedo & nuptias: ne videar damnare naturam. Simulq; considera qđ aliud donum  
 virginittatis sit: aliud nuptiarum. Si enim eadem esset merces nuptiarum & virginum: nunqđ di-  
 xisset post præceptum continentia: sed vnusquisq; proprium habet donum ex deo: alius quidē  
 sic: alius autē sic. Vbi proprietates singulorum est: ibi altrius fecus diuersitas: Concedo & nuptias  
 esse dei donum: sed inter donum & donum magna diuersitas est. Deniq; apostolus de eodē:  
 post incestum penitentiæ cōtrario inquit: Donate ei & cōsolamini: & si cui aliquid donastis: &  
 ego. Ac ne putaremus donum hominis esse contemnendū addidit: Nam & ego qđ donauī pro-  
 pter vos corā christo. Sed qđ donauī: Diuersa sunt dona christi. Vnde & Ioseph in typo eius va-  
 riam habet tunicam. Et in psalmo quadragesimo quarto legimus: Astitit regina a dextris tuis:  
 in vestitu deaurato circumdata varietate. Et Petrus apostolus: Sicut cohæredes ait multiplicis  
 gratiæ dei. Quod significantius græce dicitur. ἰοικίλλης. id est. variē. Sequitur. Dico autē innu-  
 ptis & viduis: Bonum est eis si sic permanserint vt ego: Si autem non se continent: nubant. Me-  
 lius enim est nubere q̄ vri. Postq; nuptias concesserat vsū coniugij: & ostenderat ipse quid vel-  
 leret: quidue concederet: transit ad nuptas & viduas: & sui proponit exemplū: & felices vocat: si  
 sic permanserint. Si autem non se continent: nubant: Idipsum quod supra: Propter fornicatio-  
 nes autem & ne tentet vos Sathanas propter incōtinentiā vestrā. Reddiditq; causam cur dixit  
 rit si se non continent nubant. Melius est enim uubere q̄ vri. id est. melius nubere: quia peius est  
 vri. Tolle ardorem libidinis: & non dicit: melius est nubere. Melius enim semper ad compara-  
 tionem deterioris respicit: non ad simplicitatē incomparabilis per se boni: velut si diceret: Me-  
 lius est vnum oculum habere q̄ nullum. Melius est enim vno inniti pede: & alteram partē cor-